



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

9. De Arbitrio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

completum & sic transeat in pactum vestitum. Si enim aliter implevit, habet actionem contra alterum, ut vel cogat illum implere ex parte sua, vel solvere interesse, quod ex hoc passus esset, qui implevit iure civili communi conceditur, ut quod ex tali pacto nudo solum esset reineri possit, cum enim ex eo oriatur obligatio naturalis, & in foro conscientiae, ideo saltem ius civile concedit retentionem. Certè compromissum, quo aliqui compromittunt se stare arbitrarium sententiae pactum est nudum, nisi ab una parte aliquid alteri sit tributum, sententia autem arbitrarium eam tantum vim habent obligandi, quae oritur ex compromisso, aut quam ius progressu temporis dare voluerit. Mol. tr. 2. d. 255. & 257.

66
De compromisso firmato stipulatione, & pena appositum.

Si compromissum firmetur stipulatione, arbitri cogitur progredi in causam, & suo tempore sententiam ferre. Lata autem sententia iure communi civili, parti, quae vult illi stare, conceditur actio contra alteram nolentem ei parere. De iure autem Canonico haec competunt, etiam si nudo pacto compromissum sit celebratum, modo sententia manifeste iniusta non sit. Molina tr. 2. d. 35. Iure communi à sententia arbitri non admittitur appellatio, siue appositum fuerit poena, siue non. Quando autem post sententiam ab arbitro latam appellandum est, appellatur ad Iudicem rei, qui ab arbitri sententia appellat: ille enim futurus est sententiae arbitri executor. Postquam verò à sententia arbitri appellatum est ad Iudicem ordinarium, pars grauata ea appellatione, & sententia lata ab eo Iudice ordinario, potest ulterius appellare ad Iudicem alium superiorem, ad quem à tali Iudice assolet appellari. At in compromisso firmato, stipulatione, & appositum poena contravenienti sententiae, si non fuit appositum clausula, *Ratio manente sententia*, de iure communi, si is, qui ea fuit damnatus expresse illam emologauit, victor agit ad sententiae executionem, si victus eam moretur implere. Iam enim damnatus ea sententia eligit potius illi parere, quam poenam solvere. In compromisso firmato stipulatione appositum poena non stante compromisso, & sententiae, si addita sit clausula, *Ratio nihilominus manente compromisso*, tunc secuta sententia, & emologata expresse, de iure communi civili agitur solum ad sententiae executionem, si damnatus sit in mora eam adimplendi, non autem agitur ad poenam. Poterit emologari sententiam idem est, ac mutuo utriusque compromittentis consensu, statu sententiae, & arbitramento prolatis, iam esse acceptatam. Mol. d. 3. n. 8. 14. & 17.

67
De compromisso iuramento obfirmato.

Licet compromissum iuramento obfirmatum pareret olim obligationem ad illud seruandum etiam in foro civilitamen ob frequentiam perituri vetitum est iure Authent. Decernit, Codic. de recep. arbitr. Hinc partes non tenentur seruare compromissum, quod iuramento confirmatum. Tenentur tamen de iure Canonico & in conscientia. Quia tale iuramentum non est malum in se, nec contra bonos mores naturales ad summum, Molina tr. 2. d. 36. Fil. luc. tr. 39. n. 91.

68 Plura adiicio, quae operae pretium est de

compromisso dignosci. Compromissum facere potest quilibet super rebus, quas potest alienare, in aliis autem, quae alienare non potest absque certa solemnitate, etiam sine illa solemnitate compromittere non valet. Sylvest. v. *compromissum*, ex Panormit. & Bart. si compromissum prorogetur, intelligitur in tantumdem tempus: vel vique ad tres menses, vel usque ad annum. Specul. de arbitr. §. excipitur. Baldus ad l. 1. Codic. v. in pos. leg. Alex. conf. 20. p. 2. per arbitrium potest prorogari ad tres menses ex potestate prorogandi sibi concessa à partibus. Alex. conf. 70. p. 2. Non potest autem prorogare ultra duas veces, vel tres ad summum. Baldus ad cap. Tua nos, de appellat. Compromissum post annum expirat. Specul. de arbitr. §. differt. Bartol. ad l. si de mea, §. ex compromisso, ff. de arbitr. scio, alios dixisse, durare triennio: alios, arbitro Iudicis relinquendum ex aequitate. Compromissum suspendit causae principalis instantiam. Baldus ad l. Properandum. C. de iud. Quod verum esse, si sit factum à domino litis, vel procuratore ante litis contestationem habente speciale mandatum. Potest fieri compromissum etiam post sententiam intra appellandi tempus: non autem post, quia sententia transiit in rem iudicatam, & rem liquidam fecit. L. eleganter, in principio & ibi Bart. & §. si post & §. Quid ergo, de cond. indeb. v. illuc. tr. 39. num. 100.

CAPVT IX.

De Arbitrio.



ARBITER stricte sumptus est is, quem partes amicae inter se contentionem sibi eligunt, qui controversas inter ipsos dirimat, & cuius iudicio, ac definitioni extent. Si vero late sumatur, comprehendit quemlibet exiimatorum suorum, siue aliarum rerum: siue alij eius iudicio, & estimationi se subiciant, siue non. Differunt autem Arbitri & Arbitrator, quod ille partibus constituatur, ut iuxta iuris terminos sententiam fecit, idcircoque velut Index quidam est. Arbitrator verò tanquam amicabile compositor à partibus eligitur, ut pro bono pacis seruandae, ex vnus iure demere, & alteri tribuere valeat, magna tamen laesione vitata. Mol. tr. 5. d. 30. n. 2. Fill. tr. 39. nu. 102. Syl. & Tabi. v. Arbit. Sach. l. 6. su. c. 13. n. 52.

Arbitrium verò est sententia prolata ab arbitro. Arbitramentum verò est sententia ab arbitratore expressa. Nemo potest alse arbitrator. Quia arbitri eligitur quasi Index, ut esse arbitri iuris ordine seruato procedatur in facto proprio nemo potest esse Index. At arbitrator causa bene eligitur ut amicabile compositor, ut procedat extra iudiciu, & parte coponat, quoin proprio facto non repugnat. Syl. v. Arbitri n. 2. & 3. Fill. tr. 39. n. 104. Sanch. l. 6. mor. c. 13. n. 53. & 54. Abbas ad c. Quintauallis n. 7. de iureiur.

Arbitri esse non possunt minor annis. L. Cum lege, ff. de recep. arbitr. Si autem maior viginti, & minor vigintiquinque accipiet arbitri.

Seccio I. de Contract. Adminic. 245

ceptet esse arbitrium, & laesum se reputat quod id sibi non expediat, restitutione in integrum subuenitur. Nec mutus, nec surdus, nec seruus arbitri esse potest. *L. Illa verba, ff. de verb. signifi.* Nec mulier, ideoque compromissum in illam, nullum est. *Lege ultima Codicis de recept. arbitri.* nisi esset Regina, Ducissa, Marchionissa &c. vel nisi loci consuetudine iurisdictionem exerceretur. Nec Religiosus, nisi de licentia sui Praelati, cum id expedit Monasterio; quia arbitrium requirit iudicii formam, quae Religiosis prohibetur. *Cap. de presentium. Cap. Monachi secund. 16. quaestio. prim.* Potest autem esse arbitrator cum superioris consensu, si subditus sit. Nec excommunicatus, quia non potest cum aliis communicare, quare nec arbitrator esse potest. Index ordinarius iure civilis esse arbiter prohibetur. *L. sed est seruum, ff. de recept. arbitri.* Laici arbitri esse nequeunt in causis spiritualibus, nisi de summi Praefatis licentia. At laici simul cum Clerico possunt arbitri esse de Ordinarii licentia, aut Iudicis delegati eius causa. *Cap. contingit de arbitri.* Potest arbitri esse possunt alij omnes qui iure prohibiti non fuerint. Sanchez libro sexto Decalog capite decimo octavo numero 55. Sylvest. verb. Arbitri, quaestio 16. Molina d. 39. Layman. libro quarto tract. quiviro cap. 11. num. 6.

72
Arbitri
materia, &
iura.

Porro materia arbitrii & compromissi est in omni causa & re, quae prohibita non invenitur. In causis criminalibus compromitti non potest, nec dari arbitrium. Neque de rebus ad communitatem spectantibus. Neque de causa ad matrimonij vinculum atinente. Arbitri potestas limitata est, & extra compromissum iudicare non potest. Debet autem arbitri presentibus ferre sententiam. Index electus arbitri a colligantibus sub conditione, ut iuxta summi iudicij iudicare debeat, & non iuxta aliorum: non potest alienam opinionem sequi. Si tamen aequae probabiliter duas sustineat opiniones, iuxta quamlibet poterit iudicare. *Fill. rr. 39. d. n. 107. Mol. d. 40. 41. 42. 43. & 44. Sylvest. v. Arbitri. q. 13. 14. & 15. & alij ex L. Dicm. ff. de arbit. §. si quis L. Si cum dies, §. si arbitri. ff. de recept. arbitri. L. 1. ff. de recept. arbitri. L. Si inter, §. si sciti, ff. de recept. arbitri. L. Dicm. proferre, §. si plures, ff. eod. tit. L. Item si unus, ff. item plures, de recept. arbitri. L. Dicm. proferre. L. Non distinguamus, ff. eodem tit. §. summa rei, & §. Itē non est cogendus.*

CAPVT X.

De Transactione.

73
Transactio
quid sit.

TRANSACTION est de re dubia & lite incerta, nec dum finita, non gratuita pactio, sed aliquo dato, ut revento, vel promisso. Praeter rei dubietatem requiritur, ut non sit circa rem, de qua iam lata sententia sit, quaeque in rem transierit indicatam. Si enim invalida sit, iuxta Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

ram eo minime firmatur: at is qui iuravit, relaxationem prius curare debet. *L. 1. ff. de transact. Mol. rr. 2. d. 556. n. 4.*

Transactio est contractus innominatus, *Facio, ut facias, vel Do, ut facias.* Habet autem similitudinem cum locatione, & iuxta illam est regulanda. Transigit in nominatum, si stipulatione vestiatur. Si fiat sub certa poena nolenti illi stare, cogi potest, vel ad illi standum expendo, vel ad illam poenam solvendam. Si iurata sit transactio, & poena contravenienti appositae, utrumque peti potest, & quod seruetur transactio, & quod solvatur poena. Si vero iurata non sit, sed tantum munita stipulatione aequiliana, & appositae poena contravenienti: tunc etiam potest exigi poena ab eo, qui contra illam agit. *Fill. rr. 39. c. 8. q. 5. 6. & 7. Mol. rr. 2. d. 556. n. 7. 8. 9. & 10.*

Transactio de re dubia valida est, in foro conscientiae quam externo. Ad iustitiam autem transactionis requiritur, ut inter transigentes seruetur aequalitas. Si alter transigentium deceptus sit ultra, aut infra dimidium iusti valoris, datur actio decepto, ut vel contractus rescindatur, vel reducat ad aequalitatem iuxta voluntatem eius, qui decepit, quod praecipue potest in rustico, ac muliere contingere. *L. Lucius iuxta Glossa ibidem ff. ad Treb. Mol. rr. 2. d. 556. n. 20. Fill. rr. 39. c. 8. q. 11.*

Qui non potest bona aliqua alienare, transigere non poterit circa illa, aut compromittere. Quia qui transigit, etiam alienat. In testamentis prohibita est transactio, quando fieret sine scientia eorum quae in testamento continentur. Sententia autem super iis, quae in testamento continentur non viso, etiam si eo viso, aliter iudicandum esset, valida quidem est, sed rescindenda. Si ignorentur contenta in ultima defuncti voluntate, & facta sit transactio cum debitore haereditatis, invalida est, etiam si fiat cum renunciatione iurium, quae disponunt, eam esse invalidam. *L. Non solum, Cod. de praed. minor. L. De his, ff. de transaction. Mol. rr. 2. d. 157. n. 1. Fill. rr. 39. c. 9. q. 5. & 6.*

Transactio super alimentis, si relicta sint ex ultima voluntate, & praestanda in futurum abique iudicis auctoritate invalida est. Si autem iuramento firmetur, valet. *L. Cum his, ff. de transact. Conar. C. Quamvis pactum p. 2. §. ult. n. 12.* Transactio autem particularis ad alias res non extenditur, licet extendatur etiam ad connexa, & dependentia. Si petitione praevia generali, secuta est transactio generalis, tunc etiam circa incognita intelligenda generaliter transactio, est modo absque dolo. Si generalis sequatur, post petitionem particularem, & restringi potest ad illa sola particularia, non intelligitur de aliis rebus. *L. Ago cum, Codic. de transact. Mol. na tractat. secund. d. 558. Fil. lincius tractat. 39. cap. 9. quaestio 9. & 10.*

X 3 CAPVT